

Auctores. Quatuor ergo partes habet fiscus, quomodocumque thesaurus inuenitur: an autem quintam in casu, de quo loquimur, ex nulla lege habetur: Nam citata ex iure Caesaris de toto thesauro loquitur, quem quis suis in locis inuenit, ut iam vidimus: nec vult inuentorem habere illum; licet ratio dictionis ad partes etiam videatur extendi, sicut ad inuentorem in locis alienis, ubi potior est ratio. Sed cum poenalis sit, non ita admitteret ab omnibus extensio: unde sententia dicentium leges istas non obligare in conscientia ad restitutionem, in Hispania praesertim locum habebunt. Pro Indiis autem, de quibus praecipue agimus...

Assertio 3. Quid pro Indijs circa medietatem.

72. Dico tertio. Dimidia pars, quae in Indijs inuentori thesauri conceditur, potest ab eo retineri, etiamsi diabolicis illam artibus compararit. Constat in primis ex probabilitate sententiae sic generaliter affirmantis. Deinde ex nuper dictis, quia non habemus legem, ex cuius verbis deduci queat dominij acquisitionem impediri, cum nulla inueniatur pro Indijs circa casum, de quo loquimur. Lex autem iuris communis in alio procedit, & licet valde probabile sit objectionis identitatem extendi posse; quia tamen communissima sententia contrarium tenet, pro qua videri potest Bonacina Tomo 2. Disp. 1. Quaest. 1. Puncto 8. num. 23. ubi alios adducit: ideo illa securi potest sustineri: praesertim cum non sit ratio omnino eadem in toto, & in parte. Et ubi similitudo quomodolibet deficit, non valet argumentum a simili, etiamsi dissimilitudo parua sit, ex adductis a Marco Antonino supra Resolut. 39. num. 34. ubi ex Menochio, quod argumentum a simili est leue & infirmum. Fauctid, quod habet P. Azor Tomo 3. Lib. 1. Cap. 13. in fine, ubi quaestionem tractans, & duas sententias contrarias adducens, sic concludit: At nunc in Cassella est usu receptum, ut thesauri ubicumque inueniantur, ad Principem, vel Rempublicam pertineant, & inuentoribus quaedam pars assignetur. l. 1. r. i. 13. lib. 6. nouae Collectionis. Sic ille. Iuxta quam in casu, de quo erat sermo, inuentio scilicet per artem Magicam, non derogatur inuentori pars, ut scilicet in foro conscientiae possit eam retinere. De quibus haec satis.

Argumentum à simili leue & infirmum.

P. Azor. d. 1. r. i. 13. lib. 6.

Pro inuentione Thefauri in domo Gentilitia, vulgo Solariega vide Thomam Hurtradum Tract. 8. n. 402. & 403.

Ex gemmis nihil debentur, quia videntur ostendere, quia sunt primo occupantis.

73. Ex margaritis, & gemmis aliis quinta pars Regi debetur per leges, de quibus Dom. Solorzanus in Politica pag. 952. l. de derecho. Vbi quaestio similis agitatur dudum occurrit, an scilicet lex talis in conscientia obliget; in qua ad negandum maius est quam in metallis fundamentum, quia plures sunt qui negent res istas ad Regalia pertinere, ut videri potest apud Dom. Solorzanum supra pag. 951. s. Pero viniendo; quod & tenet P. Fragolus Tomo 1. pag. 264. in fine, ubi ait constare ex Instituta de reum diuisione s. Item lapilli, esse primo occupantis, unde eas non cenlet inter Regalia computandas. Sic etiam P. Mendus in Bullam Cruciatam Disp. 83. num. 8. Pro quo & est doctrina...

De refertis cum cadaveribus. eadem ratio qua de thesauris.

CAPVT XI. De margaritis, pretiosis lapidibus, & quibusdam alijs.

74. Sed est quod pro Regibus nostris faciat, nam illi, cum decimas sibi à Pontifice concessas in Ecclesias resuderunt, decimas margaritarum, & gemmarum sibi reseruauerunt; ut constat ex Antonio de Herrera in Historia generali Indiarum Decade 1. Lib. 6. Cap. 19. Ergo saltem ex illis decima reddenda pars in foro conscientiae. Quod verò ex praedictis decimas exigi possint, constat ex dictis num. 46. & quod ad margaritas atinet, ex Cap. Pernuim, de decimis, ubi specialiter exprimuntur Piscariae, margaritas autem piscatione colligi manifestum est; unde in India Orientali celebris ille tractus, in quo illae conquiruntur, Piscariae dicitur: De lapidibus autem pretiosis eadem est ratio, quae de metallis, pro quibus videri potest P. Suarez Tomo 1. de Religione Lib. 1. de diuino cultu. Cap. 34. num. 3. & P. Tancredi citato num. adductus. 75. Vbi illud tantum videtur dici posse, quod etsi Reges nostri praedictas decimas sibi reseruauerunt, id fuit quoad habitum, non quoad actum; id est, reseruasse sibi potestatem eas exigendi, de facto autem non constare de huiusmodi exactione ex vi privilegij; nam si ita esset, non quintam partem exigerent, sed duplo maiorem; & ita cum illam exigant, alio videntur iure uti; & sic non adeo strictam obligationem incumbere ad illius praestationem. Quae responsio negari nequit quin suam habeat verisimilitudinem, unde nequit euidenter impugnari. Nihilominus non videtur credibile ita seruo & constanter hoc sibi reseruasse ius, quo tamen nunquam vsi fuerunt vel ipsi, vel eorum posterij. Praeterea. Non dixerunt ius sibi reseruare, sed decimas: ergo earum exactio in vsu est: arqui non alia apparet, nisi dicta, quatenus scilicet decimae in quinta parte includuntur; ergo in foro illae conscientiae debentur.

D. Thomae 2. 2. qu. 66. art. 5. ad 2. ubi ita scribit: Quaedam sunt, quae nunquam fuerunt in bonis alicuius, sicut lapilli, & gemmae, quae inueniuntur in littore maris; & tunc occupari conceduntur. Sic ille. Qui licet statim addat eandem rationem esse de thesauris; subiungit tamen sic: nisi quod secundum leges civiles tenetur inuentor dare medietatem domino agrj, si in alieno agro inuenierit. Haec Doctor sanctus, ex quibus apparet differentiam inter margaritas, lapillos, & thesauros; quia de istis leges sunt, non de illis, pro medietate, aut parte alia Principibus tribuenda; si ergo lex etiam pro illis extet, non ita aequitari conformis sicut illa, debet reputari. Licet P. Turrianus 2. 2. Tomo 2. Disp. 42. n. 9. illam prober.

Pro quinta parte obligatione quid faciat. Vbi quod decima huiusmodi a Regibus reseruata.

Quae & ex metallis debentur.

Objectioni ex eo quod quinta pars non decima exigitur. factum.

De refertis cum cadaveribus. eadem ratio qua de thesauris.

Pro Salinis quid in Indijs praestentur.

76. Quia nonnumquam accidit vt intra Indorum cadauera ex veteri ritu pretiosa aliqua inueniantur, Regio est rescripto cautum vt ea Fisco seu Camera applicentur, inuentoribus dimidia parte designata. Quod an in conscientia obligat dubitari potest. Sed cerre de illis eadem videtur esse ratio, quae de thesauris; quod enim in terra ipsa, aut intra mortuorum corpora, diuitiae asseruatae sint, minimi discriminis est ad propositum, sicut si in arca, aut extra illam, condita fuissent. 77. Circa Salinas in Indijs multa sunt dispersa, dum illae Regio fisco addicuntur; sed exitu fere inutili, & non modico Indorum grauamini...

78. De illo dictum à nobis Titulo 1. Cap. 12. quatenus in ipsius extractione Indus plus videtur grauari, quam iustitia, & Christiana charitas patiantur. Et n. quidē 116. narrationem adiecimus, ex qua compertum habetur quam hoc grauius fide eorumdem officiat, cui & aliam recentissima hie iuuat adnectere, vt appareat quantum oporteat oneris huius lethale impedimentum quancocys, iuxta Regis nostri pollicitationem piissimam, amouere. Ante paucos menses in oppido Totorhuails Culcensis dioecesis, cuius incolae Huancabelicensis torturae per vices addicuntur; cum viderent perfectionis tempus iam propinquum, sic agentibus quibusdam, in hunc modum discusserunt. Deus Christianorum parum nobis propitius est, qui ab hoc nos grauamine non curat liberare. Ad Huacas ergo nostros, & propitiora Numina recurramus. Dictum factum. Conuocantur omnes, & vt vnusquisque aliquid ex iis, quae offerre in sacrificijs soliti, afferat, commonentur. Cum ergo sic fuisset animus destinatum, ex indigenis quidam rem detestatus, quia fides Christiana in illo firmiores egerat radices, duobus ex Societate nostra Patribus, qui eodem deueniant, Prouinciam totam per Missiones vtilissimas obeuntibus, quidquid erat destinatum aperuit, vt remedium oportuum adhiberet.

Mirabile salis profusum.

Indorum in offensione argenti viui labor quantum fidei receptioni officiatur, recenti narratione monstratum.

De refertis cum cadaveribus. eadem ratio qua de thesauris.

Pro Salinis quid in Indijs praestentur.

he subsecuto: de quo agit Dom. Solorzanus in Politica Lib. 6. Cap. 3. stante quidem lege tali, quae tamen Peruuio abrogata est, aut ei pro tempore superfedere praecipit; non deberet peccati mortalis damnari, qui ex salinis eam salis quantitatem tolleret, quam ad proprium vsum haberet necessariam: esset enim nimis durum id lege rigida prohiberi, ubi salis abundantia eximia copia sui facere omnibus videtur indigenis, pro quorum vtilitate à Deo est liberali exhibitione tributa: & vt hic aliquid speciale adiciam, dignum equidem quod inter illa recensatur, quorum Dom. Solorzanus supra luculentam intulit mentionem. Iuxta oppidum Acos Cuscentis dioecesis, vidi montem altitudinis non exiguae, ex cuius medio cliuo aqua salis abundanter erumpit; quae ad complures tumulos, mensarum instar, limpissimis lapidibus superimperitis artificiose ducta, in candidissimum breui salem efformatur. Et est profecto mirabile, ad radices montis fluuium satis celebrem, quem Incolae Apuerimus indigent, dulcis aquae decurrere; vt non appareat quomodo in propinquo monte perennis ille salis aquarum fluxus consistere possit. Hinc ergo Indigenis nefas sit sumere, quod vsui necessarium habent, aut ex quo lucellum aliquod comparare queant? Aut non liceat omnibus eò accedentibus, quod indigenis fas est, ubi Deus mirabili illa copia, & naturae miraculo, videtur omnes ad vsum cum Auctoris prouidentissimi laude prouocare?

CAPVT XI.

De Argentu viuo, & quae in illius emolumentis conscientiae nocumenta possint admisceri.

79. Licet autem Minerarum alia inferioris notae Regiae Coronae ad iudicata non sint; quae tamen argenti viui sunt adeo iudicantur pretiosae, ut potest sine quibus auri & argenti copia non suppetat, vt cum auriferis & argentariis veniant numerandae. Immo praesertim aestimatio increuit, nam cum alia priuatis dentur, cum onere quintariae praestationis, & qui eas possident, dicantur Minarum domini; hydrogryriae in Regia potestate retinentur. Et priuatis administratio sola committitur, quibus duo onera imponuntur quasi usufructuariis, qui quod colligunt, faciunt suum. Primum, vt quincem Regi soluant. Secundum, vt quidquid extraxerint, eidem vendant, taxato pretio grauisimis poenis impositis vendentibus, & euentibus contra Regiam prohibitionem. Unde ad solum Regium spectat arbitrium, Supremis Gubernatoribus commissum, illud pro diuersis Minerarum elaborationibus dispensari. Nullum autem ex hoc commercio Fisco speciale emolumentum accrescit, quia sicut emitur, ita & venditur, additis comportationis expensis; quia vnicuique ubi illi est opus tribuitur Regiis sumptibus exportatum. Emolumentum tamen magnum ducitur Minerarios hoc singulari & mirabili naturae adminiculo iuuare, vt sic vberiores thesauri in Regium Fiscum inducantur.

80. Vbi circa Priuatum esse difficultas potest, quia vt testatur Dom. Solorzanus supra s. I rambien pag. 942. non extat rescriptum aliquod Regium, quo Minerariis dictis onus quintae soluedi impositum reperitur, quando Minerarum in Regio dominio conseruantur, licet extet quando in priuatos dominos transferantur, aut nouis inuentoribus pro tempore aliquo per modum usufructus cedunt vt praemium industriae, de quo D. Escalona in Gazophylacio Parte 2. pag. 101. num. 2. Sed ad hoc fieri satis potest, Primo quia Rex ipse auctor legis de quinto soluendo generaliter ex Mineris istis, sic suam legem interpretatur

portuum adhiberet. Quod &, Deo fauente, praestitum, sed non sine ingenti difficultate: adeo illorum corda pro horrore intolerant. Hae molestiae longe à fidei castris exularant. Et hae quidem quod in oppido isto deprehensum, in alijs accidere grauius isti designatis satis est verosimile, ubi & ratio est eadem, & Indorum indoles non diuersa. Videant ergo ij, ad quos maxime spectat prouidisse, vt de remedio efficaciter adhibendo prouideatur: ni velimus Deum rebus nostris infensissimum experiri. Dicat tamen Piissimus, & Religiosissimus Princeps, quod alius Deus Regis Vatis voce Psalm. 111. vers. 6. Propter miseriam inopum & gemmum pauperum, nunc exurgam. Nunc equidem, nunc quoties auditum hoc Num: sed protensum adeo, vt Num: aeternitatis esse videatur. Nec moueat quod de nouo opere, quo labor sublatus operariis, nimirum quantum D. Gaspar Escalona commemorat in Gazophylacio Peruuiano Lib. 1. Parte 1. Cap. 14. & 45. Totum enim opus illud suo est fine frustratum, metalli venae praecipua disparente. Quod tamen nuper repertum est, licet minis molestiae habeat; habet tamen non leues, & est illud de duratione suspectum; vt Scripturae verbis vti liceat. Erat ergo videre miseriam. 2. Math. 6. 29.

Psalm. 111. v. 6.

Parum ille nouo operantur.

Mineræ predictae in Regia conseruantur.

Sed damus cum duplici onere in administratione.

Quinti obligatio vnde fundari queat.